Inscriptio Iudaei in Actis cancellariae Sacrae Regiae Maiestatis.

Significamus etc. quod coram nobis et Actis Cancellariae nostrae comparens personaliter perfidus N Iudaeus Residens aiure foro iurisditione et Palatinatu suis propriis in et sub quibus cum bonis suis consistit Et huic praesenti iurisditioni etc. quoad actum praesentis inscriptionis personam et bona sua omnia tam mobilia quam immobilia ubicunque locorum consistentia incorporavit et hypotecavit palam libere et expressis verbis recognovit quod quemadmodum ratione certorum pecuniarum summae Grossorum N. M. N. Haeredi contractus et hucusque non soluta flor. pol. N ... se continentis eorum nomine carceribus ab eodem mancipatus erat Itaque ... intercessionibus ... quamendam in signum ... pro se factis liber effectus, se certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique pecuniae flor. nempe pol. etc. in quemlibet per 30 gros. computando Grosso N et eius ... Successoribus teneri et debere ... est confessus Quam quidem Summam superius descriptam et nominatam praesenti inscriptione quae tantam vim et roburac si in suo foro et coram Iudice proprio facta esset est habitura privatis ipsorum infrascriptis solutarum se inscribit et obligat nempe pro Festo N Primam ratam rest. fl. etc. alteram N quousque ad totalem ac plenariam effectualemque eius Summae persolutionem repositionemque sub eiusdem ac similis Summae simul iuncta vadii et vadiis damnisque omnibus per mensuratem Grossum N velipsius Plenipoten[tiarii] simpliciter nullo corporali iuramento id mediante edicendis In defectu autem persolutionis et non repositionis alicuius ratae Tum statim in crastino eius diei eiusdem simul et semel omnibus ratis in unum coniunctis totam et integram N flor. pol. Summam una cum vadio simili et damnis reponere ac relinquere tenebitur et erit adstrictus Pro quibus omnibus tam Summa principali quam etiam vadio et damnis dicto Praenominatus etc. Iudaeus vel Successores ipsius citare permiserit tempusque solutioni constitutum neglexerint Extunc adquodvis Iudicium seu officium tam Castren[se] Capitaneale Civile quam etiam Marschalcor[um] Regni quorum omnium et singulorum forum ac iurisditionem agnoscere neque eorundem sese excipere aut se quocunque modo via et ratione tueri tenebitur citatus fuerit seu successores ipsius citati fuerint In primo citationis termino peremptorio stare Summam principalem vadium et damna simplici assertione edicen[da] parata pecunia nullis pignoribus sese tuendo aut in defectu eiusdem ad ... se habendo immo ab eodem Iudicio seu officio ad quod citatus fuerit non recedendo solvere se ipsum et Successores suos inscripsit et obligavit Et in defectu

realis et totalis solutionis sese et Successores suos incarcerationi
submisit et praesentibus submittit quousque ad plenariam et effectua-
lem tam in toto quam in parte prius descriptae summae vadij et
damnorum persolutionem. In quibus quidem carceribus ipse et
Successores eius sese proprijs pecunijs providere debebunt nihil
penitus de summa retenta ad eam dictus persolutionem defal-
cando. Non tuendo se contra praesentem inscriptionem omnibus et sin-
gulis iuris et facti remedijs aut beneficijs exceptionibus contra
forum part aut Judicem dillationibus appellationibus moti-
nibus legalibus impedimentis literis moratorijs contramandato-
rijs protectionibus quarumcunque personarum Spiritualium et Secu-
larium quibus in toto et parte sponte ac libere omnibus
renunciat imo quicquid in subsidium suae causae humana
industria excogitatum et excogitandum solutionem evadendi aut
remorandi afferre et praetendere voluerit eo ipso suam
causam amittere debebit Ubi etiam bona omnia ipsius et Suc-
cessores illius tam intra ubicunque locorum quam etiam intra
summas pecuniarias vel etiam debita apud quascunque personas
extra libere arestari et digere aresti in possessionem per
supra recensitum Grosum N. percipi debebunt quae ipse et Suc-
cessores illius pro voluntate et utilitate sua convertent Item
quibus omnibus agendi non limitatam habebunt potestatem
non aliter ac si ipsemet et Successores ipsius iure convicti
gradus Judiciarij omnes perducti et ultimus usque executioni
rei iudicatae demandata forent quibus omnibus et singulis
neque ipse et Successores eius neque subordinatus aliquis per ipsos
persona aut ratione eorum contradicere possint aut poterunt
Casu vero et in defectu eorum omnium Tum ad extremum et
ipse N. Judaeus vel Successores eius personaque ipsorum propriis
in quibuscunque locis etiam ijs publicis praevenis per praedictum Ge-
nerosum N. creditorem suum vel Successores eius aut ipsorum
Plenipotentes authoritate propria capi et in vinculis pro-
prijs detineri vel ad suos proprios labores deservire cogi pote-
runt idque praenarrato N. et eius Successoribus pro nulla vi aut vi-
olentia privata et publica neque per partem neque per quas-
cunque personas cuiuscunque dignitatis praeeminentis et
officij existentis seu cuicunque officio et Judicio praesidentis im-
putari debebit Maioris autem certitudinis et evidentis gra-
omnia bona sua quaecunque praenominato dicto creditori suo inscribit
et hypotecat Recognoscens se cum bonis suis sua mancipia esse

396

omnibusq et singulis in eadem inscriptione conditionibus punctis et clausulis sekact successores suos satisfactur et praemissa libenter passur. neq eo nomine ipsi N et suis posteris aliquam litem moturos inscribit et obligat perpetuo. Quam quidem memorati Iudicij recognitionem Generosus etc.

Lra Bestium ad capitaneos

Magce N Fid. nobis dilecte necessitatibus Regni nostri exigentibus Generalem Bellicam expeditionem una cum Senatoribus et Consiliarijs nostris decrevimus Primas idq Bestium literas praemittere ut ijs Nobilitas ad arma excitetur nobis est. Mandamus itaq Fid: Tuae ut primas mox ut redditae fuerint Alteras vero quatuor hebdomadis Voce Praeconis pro templis in foribus ac alijs locis publicis proclamari iubeat atq ad Nobilitatis praefecturus suis perferendum curet Interea tamen Iudicia Castren exerceat et ut Terra quoq celebrentur det operam Pro gratia nra et officij sui debito etc. Datum etc.

Donatio Castellanatus.

Significamus etc. Quia habentes in nos cognitam fidem et observantiam atq in Rempublicam singulare studium et bene merendi affectum Generosi N quem occasione sese offerente et ante semper antequam numerum Senatorum nostrorum per nos esset relatus declarabat et suausq declarare non cessat Dignum esse censuimus ut illum ad altiorem dignitatis gradum promoveremus Itaq per assecutionem Pallatinatus vacante Castellanatu N ipsum eidem Generoso N contulimus atq Castellanum N declaravimus praesentibus Conferimus Generosum N sive ipsum Castellanatum N cum omnibus iuribus et Praerogativis tenen etc.

Expectatiua post mortem alicuius

Significamus etc. Quia grata recordatione prosequen fidelia servitia nobis praestita Generosi N Tum etiam perspectam habentes ipsius industriam fidelitatem ac diligentiam in administrandis servitijs nostris Ideo erga eundem munificentiam nram Regiam declarare volen hanc Praerogativam eidem Gnoso N praesenti Privilegio nostro concedimus, ut ipse et non alius sit primus expectans officij aut alicuiusuis beneficij post mortem Generosi N quam primum eiuius excesserit Promittimusq verbo nostro Regio et his literis fidem facimus quod cum prima et proxima vacatio contigerit nonaliis sit quam praefatus N expectans Vigoreq praesentis Privilegij nostri possessionem primi et proximi vacantis apprehendat